

Francesco Sforza, Hz. von Mailand, an NvK. Er bestätigt den Erhalt eines Schreibens, mit welchem NvK zugunsten seines Dieners Giovanni Andrea (Bussi) interveniert hatte, und beglaubigt seine Gesandten Sceva da Curte und Ottone del Carretto, die NvK über die Rechtslage und das unver schämte Verhalten Bussis aufklären werden.¹⁾

Entwurf: MAILAND, StA, Carteggio Sforzesco, Potenze estere, Roma, scat. 48, sub dato (Entwurf von gleicher Hand und auf dem gleichen Doppelblatt wie Nr. 5876). Druck: Meuthen, Die letzten Jahre 167f. Nr. XXIII.

Erw.: Meuthen, Die letzten Jahre 25, 100; Meuthen, Briefe des Aleriensis 91; M. Miglio, in: DBI 15 (1972) 565-572, hier 566f.

1459 Mediolani die xvi martii. Domino N. cardinali Sancti Petri ad vincula.

Grata fuerunt nobis, r^{me} pater, ea que dominatio vestra in re abbatie Sancte Justine de Sezadio pro responso superiorum nostrarum litterarum scripsit²⁾, et ea non secus ac ab optimo patre et benefactore accepimus, qui nobis et honori nostro bene consultum iri cupit. Verum ea que p^{ti} v. persuadere nititur d. 5 Johannes Andreas de Viglevano contra d. Johannem de Firma legitimum ibi abbatem, potius in ipsum Johannem Andream retorquenda sunt quam in ipsum abbatem, quem falsis calumnie votis infamare studet. Est ipse dominus Johannes de Firma legitimus, ut prediximus, in ea abbas habetque oportunas proinde felicis recordationis domini Calisti pontificis bullas, quibus eius abbatie titulus sibi datus, ipsi vero Johanni Andree certa super ea pensio reservata fuit.³⁾ Quam quidem pensionem in aliud, dum 10 tempus daretur, sibi utilius convertere nobis in animo erat, nisi hic sua quadam opinione ne dicam insolentia interturbasset. Sed ne littere hystoriam sapient auresque r. p. v. tedio afficiamus, commisimus d. Sceve de Curte consiliario et d. Othoni oratori nostris abunde proinde instructis, ut eidem d. v. omnia referant, quibus fidem ut nobis adhibere velit. His intellectis non dubitamus, quod r^{ma} d. vestra nedum excusabit nos, verum potius patientiam nostram in illum culpabit. Quod superest: oramus eandem d. 15 vestram, ut honoris nostri rationem habere magis quam eius viri passionibus iniustis commoveri velit, quemadmodum confidimus, nobisque et rebus nostris utatur, qui sumus ad omnia sibi grata et in omne decus et ornamentum suum ubique paratissimi.

5 abbatem: folgt gestr. sicut. 6 retorquenda: em. retorquanda. 10 daretur: folgt gestr. in aliud. 11 littere: folgt gestr. in. | afficiamus: folgt gestr. commissi. 13 His: ü.d.Z. statt gestr. quibus.

¹⁾ Zur Sache s.o. Nr. 5837, 5867, 5876, mit Angabe der hier genannten Personen.

²⁾ Nicht erhalten.

³⁾ S.o. Nr. 5837 Anm. 3.